

EPISTOLA

bus repugnans. Eiusmodi sentimen-
torum nonnunquam narratorem nō
assertorem suspicio, quòd habeas nō
 infimos autores quibus acceptum fe-
 ras quod expromis & quibus te tuea-
 ris, quum liberum sit in plerisque vtran-
 que partem fouere. De quibus nunc
 esset longius quicquam differere, præ-
 fertim quū probè calleas quid intus
 habeam. Relinquo sua astrologis apo-
 telemata, theologorum turbam non
 modò refragantem, sed manibus pe-
 dibusq; illò adrepentem interim dis-
 simulo, de quib⁹ nihil mihi libet nūc
 scribere, quādo prolixior ipse fuerim
 quàm putaueram, præsertim tibi oc-
 cupatissimo, cuius serua inter-
 pellare, piaculi quid-
 dam refert. Va-
 le.

Handwritten notes in the left margin, including a large flourish and some illegible characters.